




Prodit Budapestini VIII., Szentkirályi-u. 28. Calendis et Idibus cuiusque mensis, excepto Iulio et Augusto. — Pretium annuae subscriptionis: 4 coronae, in Germania 5 M., in Gallia 5 F. 25 c.  
— Prostat Parisiis in aedibus Croville-Morant, 20 rue de la Sorbonne. — Teleph. 49—21.

### Petrus Skarga

unus omnium Polonorum clarissimus ante hos trecentos annos V. Cal. Oct. mortuus est. Hunc diem anniversarium linguā Polonica loquentes, qui milleni Cracoviam con venerant, maesta sollemnitate agebant. Orator<sup>1</sup> a<sup>1</sup> sacris<sup>1</sup> celeberrimus, prosae orationis Polonicae inventor, patriae amantissimus, divinatione<sup>2</sup> quadam praeditus, animis civium carissimus factus est. In pictura videmus oratorem a sacris principis, coram rege Casimiro III. verba facientem, quibus interitum patriae praesagisse<sup>3</sup> videtur. Eo tempore regnum Iagellonum in<sup>4</sup> summo<sup>4</sup> fastigio<sup>4</sup> stetit: a Mari Germanico ad Pontum Euxinum aquila<sup>5</sup> alba<sup>5</sup> imperium tenebat. Et eo ipso tempore tanti imperii corpus dilabi coepit; res publica in<sup>6</sup> paucorum<sup>6</sup> potentium<sup>6</sup> ius<sup>6</sup>



concessit,<sup>6</sup> qui dominationem in tot milles millenā hominum habebant.

In pictura vates canus<sup>7</sup> dolore irāque ardens manus ad sidera tollit, et voces terribiles easque fatidicas<sup>8</sup> regi ac principibus viris iactat.<sup>9</sup> Sed verba effectu<sup>10</sup> carent...

Petrus Skarga conscientius<sup>11</sup> se tot annos ingenium, laborem, fidēm, denique vitam totam populo suo promptam<sup>12</sup> praebuisse,<sup>12</sup> sed frustra — vitā decessit. Quod vaticinabatur,<sup>3</sup> evenit.<sup>13</sup> Regnum potentissimum praeda vicinorum crudelium nec non ingratorum factum est. Sed labor, cui Skarga indefessus initium fecit, non erat inutilis: monumenta<sup>14</sup> litterarum<sup>14</sup> Pon-

lonicarum a tempore Petri Skarga maius

<sup>1</sup> egyházi szónok <sup>2</sup> jósló tehetség <sup>3</sup> jósol <sup>4</sup> dicsősége tetőpontján <sup>5</sup> a lengyel címer <sup>6</sup> kiváltságosak kezébe jut <sup>7</sup> ősz <sup>8</sup> jóslatszerű <sup>9</sup> odadörög <sup>10</sup> eredmény <sup>11</sup> tudatában <sup>12</sup> felajánl <sup>13</sup> bekövetkezik <sup>14</sup> irodalom

Per.  
Lat  
020

incrementum<sup>15</sup> ceperunt. Quidquid litterarum ad sacra pertinentium scripsit, incorrupta<sup>16</sup> integritate<sup>16</sup> atque ubertate<sup>17</sup> sermonis conspicuum<sup>18</sup> est, quare magister quasi divinus in eo exstitit omnium, qui postea linguā Polonica scripserunt.

Sed ut homines omnino vitiis non carent, sic etiam Skarga culpatur<sup>19</sup> ob furores,<sup>20</sup> quos conformatio<sup>21</sup> civium suorum opposuit, qua re multum valuit ad obtundendum<sup>22</sup> animorum vigorem,<sup>23</sup> quo obtuso labor vicinorum imperatorum facilior factus est.

At nomen Petri Skarga ubique terrarum magni aestimatur, in quibus etiam humanitas<sup>24</sup> cultusque<sup>24</sup> magni aestimatur.

Nos, qui per tot saecula mutuis<sup>25</sup> vinculis amoris cum Polonis coniuncti vivebamus, etiam nunc asseveramus eos de animorum nostrorum sensibus.

<sup>15</sup> lendület <sup>16</sup> tisztaág <sup>17</sup> gazdagság <sup>18</sup> kiváló <sup>19</sup> vádol  
<sup>20</sup> szenvédélyesség <sup>21</sup> szellemi fejlődés <sup>22</sup> tompít  
<sup>23</sup> élénkség <sup>24</sup> műveltség <sup>25</sup> kölcsönös.



## LECTORIBUS MINIMIS.

### Colloquium.


Bela cum patre Venetias proficiscitur, ut tempus aestivum<sup>1</sup> in litore<sup>2</sup> maris degeret. Quotidie lavatur<sup>3</sup> et in arena<sup>4</sup> litoris cubans radiis<sup>5</sup> solis gaudet. Hoc loco amoeno<sup>6</sup> undique conveniunt senes et iuvenes, ut undis<sup>7</sup> maris delectentur. Bela noster paucis diebus nonnullos pueros cognoscit,<sup>8</sup> quibuscum colloquitur.

Bela. Quid agitis, pueri?

Robertus. Conchas<sup>9</sup> colligimus, multae enim in litore inveniuntur.

Guilelmus. Ego iam multas habeo et nonnullas pulcherrimas.

<sup>1</sup> nyári <sup>2</sup> part <sup>3</sup> fürdik <sup>4</sup> homok <sup>5</sup> sugar <sup>6</sup> kellemes <sup>7</sup> hab <sup>8</sup> megismert <sup>9</sup> kagyló



### Praeceptor<sup>1</sup> et poëta.

Basedow educator praeceptorque ille clavissimus et Gleim poëta inimicissimi erant alter alteri. In itinere suo Basedow olim Dresdam venit, ubi quidam familiaris<sup>2</sup> eius habitabat. Ad hunc visendum, qui novam scholam condiderat, venit Basedow, cum poëta in illa urbe ab<sup>3</sup> epistulis<sup>3</sup> erat. Omnes discubituri<sup>4</sup> erant, cum convivarum unus se Gleimum in<sup>5</sup> publico<sup>5</sup> vidisse dixit.

— Huc veniet? interrogavit praeceptor excitatus.

— Veniet, respondit alter.

— Vere veniet? interrogare perseveravit<sup>6</sup> et celerrime in armario<sup>7</sup> se condidit.<sup>8</sup>

Paulo post intravit poëta et Basedowo, quem absentem putavit, maledicebat: asi-

nium illum, qui discipulos in stabulis<sup>9</sup> includendos esse eamque optimam educandi<sup>10</sup> rationem<sup>10</sup> dixisset. Praeterea multa de viro docto mentiebatur.<sup>11</sup>

Quibus auditis vituperatus praeceptor ex armario prodiens a calumniatore<sup>12</sup> petivit, ut calumniarum rationem<sup>13</sup> redderet.<sup>13</sup>

— Nescivi, carissime, te in hoc cubiculo absconditum fuisse.

Basedow tum descriptis Gleimum, qui etiam in itinere a viro quodam honoratisimo maxime vituperatus esset.

Hic pudore perfusus<sup>14</sup> conticuit.

— Serio<sup>15</sup> haec probra<sup>16</sup> in me contulisti? interrogavit Basedow ridens.

— Nequaquam, respondit poëta.

— Nec ego serio locutus sum, obiecit alter.

Tum alter alterum complexus<sup>17</sup> ex inimicis amicissimi facti sunt.

Carolus Poscheno (Gretium).

<sup>1</sup> nevelő, pedagógus <sup>2</sup> rokon <sup>3</sup> titkár <sup>4</sup> asztalhoz  
<sup>5</sup> az utcán <sup>6</sup> folytat <sup>7</sup> szekrény <sup>8</sup> elrejt <sup>9</sup> istálló  
<sup>10</sup> nevelő rendszer <sup>11</sup> hazudik <sup>12</sup> rágalmazó <sup>13</sup> számot  
ad <sup>14</sup> borít <sup>15</sup> komolyan <sup>16</sup> szidás <sup>17</sup> megölél.

*Carolus.* Anno praeterito cum patre et matre iuxta Burdigalam<sup>10</sup> fui, ubi multa genera concharum inveniuntur.

*Bela.* Unde Burdigalam profectus es, Carole?

*Carolus.* Parisiis, ubi cum parentibus habito.

*Robertus.* Tu Gallus es, nonne?

*Carolus.* Recte loqueris, nos Galli sumus. Et vos ceteri unde estis oriundi?

*Guilelmus.* Ego Germanus sum.

*Robertus.* Ego Britannus.

*Bela.* Ego Hungarus.

*Carolus.* Tu primus Hungarus es, quem novi.

*Bela.* Hoc miror,<sup>11</sup> populares<sup>12</sup> enim mei proficiisci et instituta<sup>13</sup> aliorum populorum cognoscere amant.

*Robertus.* Nos in schola parum<sup>14</sup> didicimus de patria tua. Credo, etiam Carolus et Guilelmus, quia Hungaria minima esse videtur.

*Bela.* Hoc falleris.<sup>15</sup> Minor quidem est, quam aut Gallia, aut Germania, aut Britannia. Sed non est tam pusilla.<sup>16</sup> Maior est etiam Italiā.

*Guilelmus.* Sed numerus incolarum minor est, quam Italiae, nonne?

*Bela.* Minor, in patria mea — credo — ducenties<sup>17</sup> centena<sup>17</sup> milia<sup>17</sup> incolarum habitant.

*Carolus.* Caput<sup>18</sup> et<sup>18</sup> sedes<sup>18</sup> Hungariae est Vindobona?<sup>19</sup>

*Bela.* In geographia parum versatus<sup>20</sup> es, amice.

*Carolus.* Vidi, cum pater epistolam negotiatori<sup>21</sup> cuidam inscriberet,<sup>22</sup> ita scripsit: Budapestinum in Austria.

*Bela.* Nolo patrem tuum honoratissimum laedere,<sup>23</sup> sed etiam ille erravit hac inscriptione. Nam Budapestinum in Austria ponere idem<sup>24</sup> est,<sup>24</sup> ac<sup>24</sup> Londinium in India.

*Robertus.* Quidnam<sup>25</sup> hoc<sup>25</sup> intelligis?<sup>25</sup>

*Bela.* Noli irasci,<sup>26</sup> Roberte. Modo<sup>27</sup> exemplum attuli. Rex enim Britanniae idem est, qui imperator Indiae. Sic se res habet etiam apud nos. Rex Hungariae idem est, qui imperator Austriae. Hungaria sui<sup>28</sup> iuris<sup>28</sup> regnum est, ut Austria sui iuris imperium. Caput et sedes Austriae est Vindobona, Hungariae autem Budapestinum.

*Carolus.* Nunc demum<sup>29</sup> intelligo hanc rem. Sed nonne mi Bela, lingua vestra similis est linguae Germanicae?

*Bela.* Lingua nostra, Carole, cognatione<sup>30</sup> caret,<sup>31</sup> exceptā<sup>32</sup> linguā Finnorum in parte septentrionali Europae.

*Guilelmus.* Nobis magister in scholā hanc rem exposuit,<sup>33</sup> ex quo tempore mihi liquet.<sup>34</sup>

*Carolus.* Gratias tibi ago, Bela, quod nos edocuisti. Posthac si litteras ad te misero, eis inscribam: Budapestinum in Hungaria.

*Bela.* Hac inscriptione non est opus,<sup>35</sup> quia curatores<sup>36</sup> rei<sup>36</sup> vehiculariae<sup>36</sup> non ignorant Budapestini decies<sup>37</sup> centena<sup>37</sup> milia<sup>37</sup> hominum habitare. Ergo tanta urbs ubi sita sit, probe<sup>38</sup> sciunt.

*Robertus.* Doleo,<sup>39</sup> quod patriam tuam ignoro. Sed si pater mihi permiserit, non dubitabo Hungariam visere.

*Bela.* Omnes vos ad me invito. Parentes quoque maxime gaudebunt, si ad nos veneritis.

*Pueri omnes.* Veniemus, amice, veniemus.

<sup>10</sup> Bordeaux    <sup>11</sup> csodál    <sup>12</sup> honfítárs    <sup>13</sup> intézmény  
<sup>14</sup> kevés    <sup>15</sup> csalódik    <sup>16</sup> kicsike    <sup>17</sup> 20,000.000    <sup>18</sup> főváros  
<sup>19</sup> Bécs    <sup>20</sup> jártás    <sup>21</sup> kereskedő    <sup>22</sup> címez    <sup>23</sup> megbánt  
<sup>24</sup> ugyanannyi, mint    <sup>25</sup> hogy érted ezt?    <sup>26</sup> harag-  
<sup>27</sup> szik    <sup>28</sup> független    <sup>29</sup> végre    <sup>30</sup> rokonság  
<sup>31</sup> hiján van    <sup>32</sup> kivéte    <sup>33</sup> magyaráz    <sup>34</sup> világos    <sup>35</sup> szük-  
<sup>36</sup> postás    <sup>37</sup> 1,000.000    <sup>38</sup> alaposan    <sup>39</sup> sajnál.

Gaudet uterque pārens,<sup>1</sup> si filius est bene  
pārens.<sup>2</sup>

\*

Ludo pīlā;<sup>3</sup> pīlum<sup>4</sup> petit hostis; pīla<sup>5</sup> columnā<sup>6</sup>  
est.

\*

Pluribus ille rēfert,<sup>7</sup> quae non cognoscere  
rēfert.<sup>8</sup>

\*

Si transire vēlis<sup>9</sup> maris undas, utere vēlis.<sup>10</sup>  
G. Lhm. (Vrat.)

\*

Omnis origo māli<sup>11</sup> procedit ab arbore māli.<sup>12</sup>

\*

Multis maior ēqui cura est, quam iuris et  
aequi.<sup>13</sup>

A. K.

<sup>1</sup> szülő    <sup>2</sup> engedelmeskedik    <sup>3</sup> labda    <sup>4</sup> csapat  
<sup>5</sup> pillér    <sup>6</sup> oszlop    <sup>7</sup> előad    <sup>8</sup> érdemes    <sup>9</sup> vőlo akar  
<sup>10</sup> vitorla    <sup>11</sup> baj    <sup>12</sup> alma    <sup>13</sup> méltányosság.

### Nenia.<sup>1</sup>

Friderici Schilleri carmen «Nenie», Latine vertit *Guil. Lehmann Vrtsl.*

*Et pulchrum moritur! superos quod vincit et imos,  
Non tangit<sup>2</sup> Stygiis<sup>3</sup> pectora dura Iovis.<sup>3</sup>  
Atque, semel Pluton fido commotus amore<sup>4</sup>  
Quod dedit, actulum<sup>5</sup> iam revocavit atrox.  
Non curat pueri<sup>6</sup> bellis<sup>6</sup> Cythereia<sup>7</sup> vulnus,  
Quod teneris membris intulit acer aper.  
Non heroa<sup>8</sup> parens servat Nereia<sup>9</sup> divum,<sup>8</sup>  
Ad Scaeas<sup>10</sup> portas qui cadit emoriens;  
Altamen oceano comitata sororibus exit,  
Proque sonat celebri nenia progenie.  
Ecce deum lacrimat coetus lacrimatque dearum,  
Quod moritur pulchrum grandeque conficitur.<sup>11</sup>  
Est quoque praeclarum caro deflerier<sup>12</sup> ore,  
Nam mutum Stygiis vile voratur<sup>13</sup> aquis.*

<sup>1</sup> panaszdal <sup>2</sup> megindít <sup>3</sup> Pluto <sup>4</sup> Orpheus visszahozhatta feleségét az alvilágból <sup>5</sup> mindjárt <sup>6</sup> Adonis <sup>7</sup> Venus <sup>8</sup> Achilles <sup>9</sup> Thetis <sup>10</sup> Trója nyugati kapuja <sup>11</sup> elpusztul <sup>12</sup> = defleri <sup>13</sup> elnyel.

### Valentinus Kuzsinszky dr.

magister in regia litterarum universitate Hungarica rectorque musei Aquincensis novissime thesaurum<sup>1</sup> operum antiquorum rebus auxit,<sup>2</sup> quibus existimatores<sup>3</sup> docti<sup>3</sup> maxime tenebuntur.<sup>4</sup> Insignissima sunt monumenta fictilia,<sup>5</sup> quae hac occasione ad lucem proferebantur. Iam tribus annis ante



officina<sup>6</sup> lateraria<sup>6</sup> cum multitudine rerum fictiliū effodiebatur, nunc autem figlina<sup>7</sup> integra<sup>8</sup> cum huius artis operibus. Non solum vasa<sup>9</sup> perfecta inveniebantur, sed

etiam vasibus<sup>10</sup> coquendis<sup>10</sup> formae,<sup>11</sup> quibus vasa illa parabantur, quae nomine *terrae sigillatae*<sup>12</sup> nota sunt. Iam exstant igitur Romanæ artis figlinae<sup>7</sup> omnes partes: fornax<sup>13</sup> cum hypocausi,<sup>14</sup> forma<sup>11</sup> sigillis<sup>15</sup> inurendis,<sup>15</sup> forma vasibus<sup>10</sup> coquendis,<sup>10</sup> denique vas ipsum cum imaginibus ectypis.<sup>16</sup> Quae cum ita sint, dubitari non potest, quin Aquinci quondam figlina ars florentissima fuerit; e formis<sup>11</sup> enim figlinis factum<sup>17</sup> constat<sup>17</sup> vasa illa in hac urbe parata esse, immo etiam nomen domini<sup>18</sup> officinae<sup>18</sup>

cuiusdam: *Pacati* formis inustum<sup>15</sup> legitur.

Ad humanitatem<sup>19</sup> cultumque<sup>19</sup> generis mortalium magnam vim<sup>20</sup> habent hae res inventae, quia tanta series<sup>21</sup> monumentorum figlinorum extra Italiā nullo loco in lucem proferebatur.

Singularia sunt dolia,<sup>22</sup> quae prope Danubium in puteo<sup>23</sup> inventa sunt. Principio liquoribus<sup>24</sup> recipiendis, postea autem pro puteali<sup>25</sup> usurpabantur.<sup>26</sup> Etiam nunc inscriptio inusta, probatio<sup>27</sup> publica,<sup>27</sup> videtur. Quae dolia vi aquae, putredinem<sup>28</sup> arcente, servabantur. Totā Europā haud invenias his similia, quia in museis aliis nisi lamina,<sup>29</sup> non dolia integra<sup>8</sup> asservantur. (Circuli<sup>30</sup> dolio circumdati novi sunt.)

Nitidissimus<sup>31</sup> est ornatus<sup>32</sup> gemmarum, quae in sarcophago quodam inveniebantur, in quibus orbiculus<sup>33</sup> vitreus<sup>33</sup> bullā<sup>34</sup> inclusus, cui versiculi Graeci inscripti sunt.

A. Schöpflin.

<sup>1</sup> gyűjtemény <sup>2</sup> gyarapít <sup>3</sup> szakértő <sup>4</sup> érdekel  
<sup>5</sup> agyag- <sup>6</sup> tégláégető műhely <sup>7</sup> fazekas (t. i.) műhely  
<sup>8</sup> egész <sup>9</sup> edény <sup>10</sup> edényt éget <sup>11</sup> minta <sup>12</sup> kis alakokkal diszített <sup>13</sup> kemence <sup>14</sup> alsó fütés <sup>15</sup> diszitményeket benyomkod <sup>16</sup> domború művű <sup>17</sup> nyilvánvaló <sup>18</sup> gyáros <sup>19</sup> műveltség <sup>20</sup> fontosság <sup>21</sup> sorozat <sup>22</sup> hordó <sup>23</sup> kút <sup>24</sup> folyadék <sup>25</sup> kút bélése <sup>26</sup> használ <sup>27</sup> mértékhitelesítés <sup>28</sup> rothadás <sup>29</sup> donga <sup>30</sup> abroncs <sup>31</sup> csinos <sup>32</sup> garnitúra <sup>33</sup> kerek üveg <sup>34</sup> medaillon

De his rebus rector musei Aquincensis, Valentinus Kuzzinszky in antiquitatis investigatorum<sup>35</sup> congressu, qui his diebus Romae habetur, verba facturus est.

<sup>35</sup> kutató.

### Iosephus Eötvös baro de religionis necessitate.

Ipsis hominibus excellentissimis potissimum<sup>1</sup> opus est religione; illi enim, quam angustis<sup>2</sup> finibus mens humana contineatur,<sup>3</sup> maxime sentiunt.

\*

Deum mente indagare<sup>4</sup> possumus, sed inveniri corde tantum potest. Ut religio credamus, sola revelatione<sup>5</sup> adducimur, sed nonne revelatio est etiam ea, quae in summis vitae nostrae discriminibus<sup>6</sup> in pectoribus nostris ostenditur?

\*

Omnis humana sapientia ad<sup>7</sup> summum<sup>7</sup> eo dicit, ut mens totum affectuum<sup>8</sup> animi imperium teneat, at religio, cum et mentem et animi affectum pariter moveat, amborum consensionem<sup>9</sup> parat. Itaque religio omnino compensare<sup>10</sup> potest philosophiam et inter Christianos simplicissimos exempla haud minus pulchra, neque minora inveneris moderationis animi et constantiae<sup>11</sup> invictissimae, quam inter Stoicorum<sup>12</sup> principes; sed philosophia religionem compensare nunquam potest.

Vincentius Lakatos.

<sup>1</sup> leginkább   <sup>2</sup> korlátolt   <sup>3</sup> foglal   <sup>4</sup> kutat   <sup>5</sup> kinyilatkoztatás   <sup>6</sup> baj   <sup>7</sup> végre   <sup>8</sup> szellemi megnyilatkozás   <sup>9</sup> összhang   <sup>10</sup> pótol   <sup>11</sup> állhatatosság   <sup>12</sup> bőlcsek



Brevi tempore non solum in Asiam, sed etiam in Africam ex Europa viā ferrata vehi poterint ii, qui longiori navigationi se committere noluerint. Via enim ferrata ab Aureo, quod dicitur, Cornu per Asiam Minorem et Mesopotamiam usque ad sinum Persicum exstruetur. Exstruendae illi viae praesunt Germani, rerum technicarum peritissimi. Alia quoque via ferrata ab urbe

Port-Said, in Aegypto sitā, per Syriam Persidemque perque regiones eas, quas olim Carmaniam Gedrosiamque, nunc vero Beludzsistan vocant, aedificabitur, quam Britanni exstruendam curant.

Maximi<sup>1</sup> momenti<sup>1</sup> est opus illud ingentissimum, cum cursus maritimi, Arabiam circumvectantes,<sup>2</sup> multo longiores sint, ea de causa maiorem quoque sumptum<sup>3</sup> imponunt et mercatoribus et iis, qui res,<sup>4</sup> quae<sup>4</sup> exportantur,<sup>4</sup> ex illis regionibus in Europam portare cupiunt.

Res ratioque etiam eius viae ferratae agitatur,<sup>5</sup> quae, ut per totam Africam ab Alexandria per regiones Nilo adiacentes et per loca Africae ad<sup>6</sup> orientem<sup>6</sup> et<sup>6</sup> meridiem<sup>6</sup> vergentia<sup>6</sup> usque ad urbem, quam linguā Britannorum Capetown nominant, exstruant tota, summa cum exspectatione non solum mercatores exoptant, sed etiam humanitatis cultus studiosi omnes.

M. F. (Nyiregyháza.)

<sup>1</sup> igen nagy fontosságú   <sup>2</sup> megkerül   <sup>3</sup> költség  
<sup>4</sup> kiviteli cikkek   <sup>5</sup> tárgyal   <sup>6</sup> keleti és déli.



Gustavus Rigler, magister in regia nostra universitate Claudiopolitana<sup>1</sup> lac<sup>2</sup> artificio-sum<sup>2</sup> repperisse dicitur. Vir doctus septem iam annos in hac re consumpsit, dum e frumentis<sup>3</sup> lac parare contingeret. Ipse cum familia, asyli publici infantes, valetudinarii<sup>4</sup> cubantes<sup>5</sup> novissime hoc lacte artificioso vescuntur, eoque libentissime.

Hoc tempore, cum cibariorum pretia in dies singulos augentur, repertum<sup>6</sup> non solum pro<sup>7</sup> doctrina<sup>7</sup> calet,<sup>7</sup> verum etiam rei<sup>8</sup> familiari<sup>8</sup> tuendae<sup>8</sup> maximi est momenti.<sup>9</sup>

Annus septingentesimus post scholam Sancti Thomae conditam Lipsiae ultimis

<sup>1</sup> Kolozsvár   <sup>2</sup> mesterséges tej   <sup>3</sup> gabona   <sup>4</sup> kórház  
<sup>5</sup> betegek   <sup>6</sup> találmány   <sup>7</sup> tudományos szempontból  
érdekes   <sup>8</sup> háztartás   <sup>9</sup> fontosság

diebus mensis Septembris splendidissime celebrabatur, festum solleme pro rara occasione et a discipulis, qui erant et ab iis, qui nunc sunt, agitabatur. Initium fecit cantus<sup>10</sup> vocum<sup>10</sup> et<sup>10</sup> fidium,<sup>10</sup> quem oratio



rectoris sequebatur. Vespere insequenti a veteribus discipulis *Antigone*, tragoeadia Sophoclis edebatur, cuius imaginem pictura ostendit; tertio autem *Miles Gloriosus* Plauti a discipulis, qui gymnasium nunc frequentant.

**In Hispania** prope Torralbam Cerralbo comes iam diu scrutans<sup>11</sup> coloniam antiquissimam elephantophonororum<sup>12</sup> repperit, de qua re Genavae in ultimo congressu antiquitatis<sup>13</sup> investigatorum<sup>13</sup> verba fiebant: Ex instrumentis armisque lapideis, quae rudissime edolata<sup>14</sup> non his quidem locis reperiebantur, coloniam prima aetate Chellesina, quae dicitur, conditam esse constat. Haec aetas, quae ad terrae historiam cognoscendam, vim<sup>15</sup> habet maximam, a pago Gallico appellatur, cui nomen est Chelles. In finibus huius pagi reperiebantur instrumenta domestica incultissima, quae humanitatis<sup>16</sup> cultusque<sup>16</sup> nostri documenta prima haber possunt.

In hanc aetatem incidit colonia Torralbana, ubi antiquitate<sup>17</sup> ultima<sup>17</sup> elephantorum venatores incredibilem eboris<sup>18</sup> vim condiderant. Praeter hanc Cerralbo comes sepulcretum<sup>19</sup> aetatis ferreae primae effodit, quo duo milia sepulcrorum<sup>20</sup> contineri nuntiantur.

**Rei<sup>21</sup> iudiciariae<sup>21</sup>** per Russiam summus<sup>21</sup> praefectus<sup>21</sup> rationem instituit, ne posthac

ad<sup>22</sup> opera<sup>22</sup> damnati<sup>22</sup> in Sibiriam deportarentur, sed operibus<sup>23</sup> occuparentur, quae extra Sibiriam publice<sup>24</sup> exerceri<sup>24</sup> solent.


**Quattuor reges**, nuper reges facti, Turciae bellum inferre parant. Timendum est, ne brevi tempore pars australis Europae armorum<sup>25</sup> strepitu<sup>25</sup> resonet, magis etiam timendum, ne illorum quattuor regum animo bellicoso nos quoque ad arma cogamur.

**A Sicilia** ad septentriones insulae septem sitae sunt, quarum iam mentio<sup>26</sup> apud Homerum fiebat. Insularum Aetolarum una Strongyle, nomine Italico *Stromboli*, cuius mons ignibus erumpentibus infamis<sup>27</sup> est, novissime denuo flamas cum cineribus<sup>28</sup> evomit,<sup>29</sup> quibus complures vici adoperiebantur.<sup>30</sup> Cineres multis locis altitudinem duorum metrorum assequuntur. Vineae detrimenta<sup>31</sup> magna acceperunt. Aqua fervida cum vapore carbonum emittitur ex monte, in cuius vertice nebula crassa<sup>32</sup> sedet.

**In Istro<sup>33</sup>** flumine nocte III. Cal. Oct. navis Societatis Hungaricae Navigationis Fluvialis Maritimaeque cum scapha<sup>34</sup> militari Rumena collidebatur. Altera navis inter urbes Orsova et Galac hominibus transportandis commeatum<sup>35</sup> expedit,<sup>35</sup> altera autem nocte illa exitiali<sup>36</sup> milites Rumenos cum praefectis<sup>37</sup> vehebat. Naves tanta vi collidebantur, ut «Trotus», scapha Rumena extemplo undis hausta, praefecti autem dormientes oppressi sint. Octo praefecti, milites viginti et unus perierunt. Qui servari poterant, navi Hungarica recepti sunt. Causa miserandi casus navis Rumena fuisse fertur, quae caecā nocte sine luminibus nocturnis adverso<sup>38</sup> flumine<sup>38</sup> vehebatur. Ceterum quaestione<sup>39</sup> mota<sup>39</sup> veritas apparebit.

**Indianorum** censu<sup>40</sup> novissimo tristia aperiebantur<sup>41</sup> huic populo, cuius numerus — ducenta sexaginta quinque milia esse dicuntur — singulis annis deminui<sup>42</sup> confirm

10 hangverseny 11 kutat 12 elefántvadász 13 régiségtudós 14 kifárad 15 fontosság 16 műveltség 17 összidőkben 18 elefántcsont 19 temető 20 a sír 21 igazságügyminiszter 22 kényszermunkára ítélt 23 iparág 24 az állam üz 25 csatazaj 26 említés 27 hirhedt 28 hamu 29 kihány 30 beborít 31 kár 32 sűrű 33 Alsó-Duna 34 naszás 35 a forgalmat lebonyolítja 36 végzetes 37 tiszt 38 fölfelé 39 megindított vizsgálat 40 népszámlálás 41 kiderül 42 fogy



matus est. Huic malo abolendo<sup>43</sup> concilium habebitur in Americana urbe Columbo, cui intererunt viri gravissimi<sup>44</sup> e populo Indiano oriundi: senatores, magistri, sacerdotes, medici, artifices, alii. Ceterum ipsi famam populi paulatim intereuntis<sup>45</sup> negant, immo affirmant Americanorum ditissimos pro<sup>46</sup> rata<sup>46</sup> parte<sup>46</sup> populares<sup>47</sup> suos esse, quorum possessiones maiores sint quacunque civitate Americana.

**In pago** Belleville ad fluvium Ararem<sup>48</sup> prope Lugdunum<sup>49</sup> in itinere duo currus<sup>50</sup> automatopoeī<sup>50</sup> maximo impetu collidebantur.<sup>51</sup> In altero sedit Carolus Voisin, aeronauta ille clarissimus cum filia baronis Delaroche, quae non minus intrepida aëris dominatrix<sup>52</sup> nota est. Voisin mortuus, femina membris graviter consauciata esse nuntiatur. Haec anno superiore Redonis<sup>53</sup> cum aeroplano delapsa tam grave vulnus accepit, ut etiam medici de illa desperaverint.<sup>54</sup>

<sup>43</sup> megszüntet <sup>44</sup> jelentékeny <sup>45</sup> pusztul <sup>46</sup> aránylag  
<sup>47</sup> honfitárs <sup>48</sup> Saone <sup>49</sup> Lyon <sup>50</sup> automobil <sup>51</sup> össz-  
ütközik <sup>52</sup> legyőző <sup>53</sup> Rennes <sup>54</sup> «lemond».



**Mater.** Olera<sup>1</sup> in horto iam pridem pluviā desiderant.

**Pater.** Evidēt gaudeo, quod non pluit, quia triticō<sup>2</sup> pluvia noceret.

**Paulus** (quinque annorum). Dum pluit, triticum obtegi<sup>3</sup> iube. *G. Totis.*

**Hospes** /in deversorio<sup>4</sup>/: Puer,<sup>5</sup> cras multo mane me excita!<sup>6</sup>

— Ita faciam, domine, tu modo tintinnabulum<sup>7</sup> move!<sup>7</sup> *D. Szilágyi* (Zilah).

**Totum** instrumentū<sup>8</sup> conclavis<sup>9</sup> incendio vastatum est. Mater gratias egit Deo, quod maius malum avertisset, at filiola effusissime<sup>10</sup> flebat.

— Cur defles tantopere illud conclave, pupula mea?

— Non conclave defleo, sed lusus<sup>11</sup> meos.

*Idem.*

**Paulus Gyulai**, scriptor celeberrimus staturā humili erat. Semel apud amicum quandam gloriabatur minorem vidisse hominem se ipso.

— In circo fortasse, respondit alter.

*F. Sziklai* (Budapest, III. reg. gymn.)

**Puerum** quandam septem annos natum, optima indole praeditum quisque mirabatur. Cui vir quidam

— Qui puer prudens est, — inquit — vir stultus erit.

— Tu puer prudentissimus fuisse videris, respondit puer. *Idem.*

**Masson** Gallus, rerum<sup>12</sup> scriptor<sup>12</sup> clarissimus novissime de Napoleone haec memoriae tradidit:

— Quī<sup>13</sup> fit, ut tu tam multa scias? interrogavit quidam imperatorem futurum, cum iuvenis esset neque nomine neque honore illustris.

— Quia semper cogitationibus traditus sum.

**Aliquando** praefectus<sup>14</sup> quidam litteras<sup>15</sup> properas<sup>15</sup> attulit Napoleoni, cuius responsum extemplo reportare voluit. At equum agitando<sup>16</sup> paene enecuit.<sup>16</sup> Quo conspecto Napoleon equum suum praefecto obtulit, qui donum magnificentum modeste repudiavit.

— Num splendidiores existimas phaleras<sup>17</sup> veredi,<sup>18</sup> quam ut accipere possis? Noli obliisci rem tam pretiosam haud inveniri, quae militem Gallicum dedebeat.

**Magister.** Quomodo dixeris numerum pluralem huius vocabuli: «vitrum?»<sup>19</sup>

*Discipulus.* Testae.<sup>20</sup>

**Dyonisius**, Syracusarum tyrannus Philoxenū poëtam ad latomias<sup>21</sup> damnavit, quod carmina sua non laudavisset.

E latomiis revocatum tyrannus iussit de carminibus sententiam dicere. At Philoxenus nec vituperavit<sup>22</sup> nec laudavit ea, sed ad custodem: Reduc me — inquit — in latomias! *Z. Hallay.*

**Viginti sex** annos natus erat Napoleon, cum exercitus Italici dux factus est. Proficiscent iamicus quidam dixit:

<sup>1</sup> zöldség <sup>2</sup> búza <sup>3</sup> betakar <sup>4</sup> vendégfogadó <sup>5</sup> pincér  
<sup>6</sup> fölkelt <sup>7</sup> cseget <sup>8</sup> bútor <sup>9</sup> szoba <sup>10</sup> keservesen  
<sup>11</sup> játékszer <sup>12</sup> történetíró <sup>13</sup> hogyan <sup>14</sup> katonatiszt  
<sup>15</sup> sürgöny <sup>16</sup> agyonhajszol <sup>17</sup> szerszám <sup>18</sup> paripa  
<sup>19</sup> üveg <sup>20</sup> cserepek <sup>21</sup> kőbánya <sup>22</sup> ócsárol.

— Admodum iuvenis es, qui exercitui praeficiaris.

— Iam senior redibo.



## I.

**Amo, irrumpo, aperio, malus, fortitudo, urbanus, negotium.**

*Horum vocabulorum contraria ita disponantur, ut primis litteris pars anni significetur.*

W. Fergusson (Londinium).

## II.

**Et nox erat Luna intrabat bifores fenestras. Quo modo haec verba ordinentur, ut hexameter fiat?**

G. Beöthy.

## III.


**I, n, t, e, s, t, e, l, e, n, a, f.**

*Compone ex his litteris proverbium notissimum!*

Idem.

## IV.

S. Bihain (Parisiis).



## Solutiones aenigmatum numeri 1.

I. **Quercus, ovis, vulpes, aper, dictator, ignis silva = Quo vadis.** — II. Tarquinius Superbus. — III. Pater. — IV. Latet anguis in herbis.

**Aenigmata recte dissolverunt:** I. Arth (Óverbász), L. Böhm (Keszthely), F. Doumier (Paris), F. Eile (Leopolis), I. Erdélyi (Budapest), T. Fehrentheil (Gyergyószentmiklós), A. Gennaro (Neapolis), A. Hermann (Leopolis), S. Jakubowski (Leopolis), L. Janák (Agria), P. Kelemen (Kolozsvár), T. Kindler (Lwów), A. Korchmáros (Budapest), M. Kord-

zik (Lwów), W. Korn (Lwów), J. László (Szászváros), Leopolitanus quidam sine nomine, Z. Lewicki (Leopolis), Aem. Lustig (Keszthely), F. Mantz (Magyaróvár), R. Marcellus (Orléans), A. Marszakovicz (Leopolis), St. Moraviecki (Leopolis), N. Németh (Agria), I. Oldh (Budapest), B. Palliardi (Roma), E. Robert (London), N. Szarvas S. J. (Aeniponti), G. Tarczay (Barilović), L. Vaniek (Pomáz), A. Weisz (Nagyszeben).

Praemium Roberto Marcello sorte obtigit.



Pecuniae quaecunque ad administratorem (Budapest, VIII., Szentkirályi-u. 28.) mittantur, non ad moderatorem.

*Paulus.* Aenigma, quod nobis misisti, in numero XIX. anni secundi (pag. 152.) prodiit. Spero te alia missurum. Magistrum tuum doctissimum meis verbis salutes velim. — *Keszthely.* Aliquis ad me chartulam misit, sed nomen subscribere oblitus est. — *Aurelia* (Orléans). Prorsus recte aenigma dissolvisti, sed in litterarum inscriptione tibi mendum succurrit. Budapest enim non est in Austria situm, sed in Hungaria, cuius caput est et sedes. — *Óverbász.* Administratorem adi rebus tuis. Ego nisi concinnandam ephemericidem euro. — *Lemberg.* Nomen huius urbis polonice Lwów dicitur, latine Leopolis. — *A. Kerlész.* Bene rem enarrasti, sed quia res publicas tangit, eam omittere cogimur. — *Novella* (Eötvös). In opusculo tuo scriptor clarus recognosci non potest. Fabula tam brevis, tam arida facta est. Brevius aliquid mitte. — *Z. H. (Rozsnyó).* In numerum 4. seponere coactus sum. — *Andreas Sp.* Iam publici iuris factum est. — *St. K. (Keszthely).* Carmen satis bene conversum esse non negaverim, tamen quia non discipulis scriptum existimo, aliud rogo, magis etiam oratione soluta scriptum. — *I. A. (Noli me tangere).* Delineare difficultum est. — *Henricus H.* Res inhonesta est, quam convertisti; mitte aliud quidquam. — De reliquis proxime.

Moderator ephemericidis STEPHANUS SZÉKELY DR. Budapestini, Üllői-út 71, ad quem litterae quaecunque mittantur.

Sumptibus moderatorum ephemericidis: Magyar Középiskola.